



Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmvla Caietani

Cajetan, Thomas

Antverpiae, 1575

Violatio votorum semper damnabilis est.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41716

nius quam quilibet aliis contemptus aliorum man-
datorum Ecclesiae.

Violatio votorum semper damnabilis est.

VOti violatio peccatum est mortale: quia est per-
fidia contraria fidei Deo debitæ ex promissione
ipsi Deo facta. Est nanque votum promissio Deo fa-
cta de bono. Est autem promittere constituere se
debitorem eius quod promittitur.

Et propterea sicut ad virtutem fidei seu veracitatis
pertinet ut seruetur promissio facta homini ita ad
virtutem fidei religiosæ spectat ut seruetur promissio
facta Deo de re illi grata. Et consequenter irreligiosæ
perfidiaz est violare promissionem factam Deo de re
Deo grata, quam promissionem vocamus votum. Et
scito quodd quando factum est votum de illo bono
ad quod quis non tenebatur: perfidia voti est specia-
le peccatum mortale. Quando verò factum est vo-
tum de illo bono ad quod omnino tenebatur, perfi-
dia voti est circumstantia mutans speciem, & neces-
saria ad confitendum: ut si quis voulit non fornicari,
si postea fornicatur, crimen illud est & in specie for-
nicationis, & in specie perfidiaz irreligiosæ.

*Materia voti diuersis respectibus est
consideranda.*

ET quoniam frequenter contingit confessores de
votis iudicare, ideo diffusorem oportet sermo-
nem facere. Primo, ex parte materiae. Secundo, ex
parte videntis. Tertio, ex parte impedimentorum
occurrentium. Quartio, ex parte dispensationis seu co-
mutationis. Quis enim materia voti sit solùmodo bo-
num aut sub præcepto aut sub consilio diuino con-
tentum, alienum à voti materia scito omne illicitum, omne
quod est contra consilium diuinum, & omne indifferens;

ita

Despondi
confirma-
fallendi,
o vocant
t propte-
um ponit
oportet
celesiam
ent inte-
hem. Et
no post
inquirat
& pro-
t insuper
& con-
explicati
nquirens
a, ne pu-
& negli-
cibilium
via irre-
Possunt
cundum

em
ant gre-
ormetur
epiæ in

m est.
neatur
, con-
on mi-
dus